

Zd  
2390





IN OBITUM

*VIRI CLARISS. ATQVE  
præstantiss. pietate, religionis ac fidei Catholica  
orthodoxa professione constanti, doctrina  
eruditione, sapientia, atq; integri-  
tatis laude celeberr.*

Dn. CASPARIS PEV-  
CERIBVDISSINI, PHILOSO-  
PHIAE ARTISQVE MEDICINAE DO-  
CTORIS EXIMIÏ, ARCHIA-  
TRI ET CONSILIARII PALATI-  
NI ATQVE ANHALTINI  
FIDELISS.

Quem ex oculis, non memoria bonorum omnium, post  
multiplices vitæ hujus calamitates, carcerisque insuper annorum  
decem ærumnas, tandem senectutis marasmo confectum mors  
eripuit placidiss. ac beatiss. anno Christi Iesu M. DCII.  
die XXV. mensis Julii, C. V. An-  
nos LXXVII. Menses VII.  
Dies XIX.

*Carmina epitaphia scripta ab amicis, pro-  
genero, & nepote, quorum suis singu-  
lor. versibus nomina sunt  
adscripta.*

SERVESTAE

Typis Iohannis Schlerij, Anno clb lb CIII.

VIRI CLARISS. ATQVE

profundis precare religionem et sedis Catholice

orthodoxe doctrinae constanti et firmo

instinctu, sapienter ac moderato

modo in universis

DR. GASPARIUS FEV

GEN. 17. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20.

PHAS ARTHURUS MEDICINAE DO

CTORIS EXAMINIS ALCRIA

TRIT COMITATU RATA

ALATON MARTINI

DEUS. LIBERAS. 17. 18. 19. 20.

Quem exequi debemus in bonum quantum pos

sumus et pro christo, et eius in hunc mundum

ad hunc mundum ad hunc mundum

ad hunc mundum ad hunc mundum

ad hunc mundum ad hunc mundum

ad hunc mundum ad hunc mundum

ad hunc mundum ad hunc mundum

ad hunc mundum ad hunc mundum

ad hunc mundum ad hunc mundum





*IN OBITVM VIRI INCOM-  
parabilis, D. Casparis Peuceri, &c.*

**P**XUVIAS Peucere tuas primæva recepit,  
Terra, parens: animam regna beata tenet.  
Vix te sustinuit viventem perfidus orbis;  
Defunctum Christus iam fovet in gremio.  
Quisquis es, illecebras fallacis despice mundi;  
Exosis mundo cœlica regna patent.

M. VVolfgangus Amlingus.

---

**P**EVCERVS furvas in opaci carceris umbras  
Arctè compactus per duo lustra fuit.  
Si nescis causam! nec hypocrita: nec malè fanus  
Sanam deseruit proditione fidem,  
Quam dudum miserè Sphinx Suevica adulterat, astu  
FORMVLA quæ Pacis nomen VBIque crepat.  
PEVCERVM, voluit celsi quem dextra Iehovæ  
Viventem & vegetum tum superesse virum,  
Ex opicis tandem laxati carceris umbris  
SAXO dimisit, restituitque suis.  
Te, IOACHIME ERNESTE sacri Dux inclyte AN-  
Consilio & precibus subveniente tuis. (HALTI,  
IANE GEORGE, tui magni Patris æmule AN-  
Hospitio est dignus visus & ille tuo. (HALTI,  
Qui quatuor quater è vinclis redivivus ut annos  
Vidit, nec, plures vellet ut ipse, fuit:

A 2

Perplacidè

Perplacidè ( caveas , dicas malè flaccida Erinnyes )  
CHRISTE animam expirans reddidit ipse tibi.  
Ingenio superest PEUCERVS, mensque recepta  
Cœlo: quod terræ est, florida DESSA tenet.

Casp. Vlricus M.

**S**I Nazianzeno jungatur Orosius, inde  
Plinius Hippocrati, Tullio Aristoteles:  
Si Euclidi associes Ptolemæum, siq; Strabonem:  
Peuceri referes pectoris effigiem,  
Ossa sed, exili quæ concluduntur in urna,  
Exulis expectant pectoris huc reditum:  
Pristina ut invadens sua mens habitacula, secum  
Hæc ferat ad superi lucida templa poli.

§

Oceanus rerum, verborum haud indigus arte,  
Ní fata obstarent, conditur hoc tumulo.

M. Iohann. Theopoldus, Dioeceseos  
Anhaltinorum VVarmsdorfianæ  
& Plötzcovianæ Inspector, &  
Ambsdorfij Pastor.

In D. Casp. Peuceri piè nuper defuncti  
Votum,

Ὅυ μοι φθαρτὰ μέλει ζητῶ δὲ αἰώνια μᾶλλον,  
Ἀλλὰ μάλιστα μόνω ὄωσα φίλ' ἐστὶ θεῶ.

EPIGRAMMA.

ΕΝ θνητοῖς ὁ θνητὸς εἶναι, ἀφθαρτὰ δὲ ζητῶν,  
Πολκῆς, τίδ' αἴω ἀφθιτον εὖρε κτεῖαρ.

Αιδράσι

Ἀνδ' αἰσι γ' φθαρτοῖσι λιπῶν μάλα δυσμυθέοσι  
 φθαρτ', ἐπὶ Ἰππεραγίοις δῶμα κίχανε τίποις.  
 Οἱ μὲν ἀμαλδύουαι μὲν εἰμὸν, ἐτάσιον ἄχθῃ  
 Ὡσπερ τῆς γαίης, ἢ μέγα πῆμα βροτῶν.  
 Κηρόφιν ἀλλὰ Θεῷ δουλεύων, πιστὸς ἐτύχθη  
 Χερσὲ τῆς ἀγίας μάρτυς ἀληθοσυῆς,  
 Τοῦνεκερ ἐχθροτάτων Θεὸς ἐκ μὲν ῥύσατο χερῶν,  
 Κήδεα διζοιμῶν λυγρὰ μὲν, ἀλλὰ μᾶτις.  
 Εἰσόκε τᾶ θανάτῳ πεπρωμῶν ἤλυθεν ἡμᾶρ,  
 Λυτρωτῆ ψυχῆ ἡσυχ' ἔδωκε Θεῷ.  
 Ἐλίπεν σὸν ἀέκων τόνω τὸν κόσμον ἀκοσμον,  
 Γήρατι κεκμηκῶς, φροντίσιν, ἠδὲ πόνοις.  
 Νῦν ᾗ μετ' ἔραγίοισι, πάθειθε γένηθε Θεοῖο,  
 Οἱ πν' Ἰππεραγίων Φῦλα κέκηδε Φίλων.

Petrus Schumanus Dessæ Diaconus,  
 τῆς μνήμης ἢ εὐχαριστίας χάριν.



Qcto & viginti Titan confecerat annos,  
 Ex quo Peucerus non mihi visus erat,  
 Is qui Leucoræ quōdam columenq; decusq;  
 Extiterat, soceri post pia fata, scholæ.  
 Ac fuit interea multum quoq; mēs mea sacris  
 Moravici rixis exagitata soli.  
 E quibus ereptus divino munere nuper  
 In tacito cepi gaudia magna sinu,  
 Quòd rursum tutò, vir præstantissime, possem  
 Conspectuq; tuo colloquioq; frui.  
 Sed divina diu me non est passa voluntas  
 Vti huius tanta commoditate boni.  
 Nam pleno nondum ter Luna recreverat orbe,  
 Evoluère suam cùm tibi fata colum.

A 3

Æραque,

Æraque, non unum steterant quæ muta per annum,  
( Res nova ) fatales increpuere sonos.  
Ergo præi Christo parens vir summe vocanti,  
Ætheriæque subi maxima templa domus.  
Donec me sedes ad easdem fata vocabunt,  
Tunc summus junget nos sine fine pater.  
Interea memori recolam, firmaque tenebo  
Mente, nec elabi pectore dicta sinam,  
Quæ tua prudenter sapientia, nec sine motu  
Celesti, deflens tempora nostra, dabat:  
Quando post reditum quem dixi, prima videndi  
Affandi que tui copia facta mihi est.  
Sic mihi, sic aliis quos tangit cura nepotum,  
Leniet ærumnas Filius ipse Dei.

Illarum porrò rerum pars maior ab ipso  
Peucero in numeros inde relata fuit;  
Quos ad Bersmanum paulò post misit amicum,  
Fatidicis iungens vota tremenda sonis:  
Cùm sacra Domini coena communiter usus,  
Ostendit fidei publica signa suæ.

*Μαρία* D. Casparis Peuceri.

**O**Mnis Teutonicæ divulsa potentia gentis  
Corruit; hinc dominus Barbarus hostis erit.  
Quæ sit causa, rogas? Cum verbi luce repellit  
A se quòd regnum Christi, inimica Deo,  
Inter at has tantas tamen, ô Rex Christe, ruinas,  
Servas reliquias agminis ipse tui.

*Εὐχὴ* ejusdem.

**C**Hriste, gregis miserere tui pressi atq; pusilli,  
Immani que tuos vindica ab hoste, precor.

Ac



Ac mundi proceres, Satana cum principe mundi,  
Toto cum rabido sterne sodalitia.  
Idolum Magicum, spectrumq; per omnia fufum,  
Illuftri penitus contere iudicio.

M. Ioannes Vrfinus Marlehusenfis  
Thuringus.



Nica fors animis præfixa fidelibus hæc est,  
Tela quot ingeminant inde vel inde, pati  
Nec temere obniti, nec se subducere quo-  
quam:  
Sed spem non dubiam vi stabilire Dei,  
(Spem fretam solidi tantum relevamine verbi)  
Nec latere alterutro commaculare fidem.  
Sustulit omne genus clades, placideq; beavit  
Non ausus diras opposuisse Deo,  
Spe fuit incolumi, metuitque labascere, Christi:  
Confisus meritis & pietate patris,  
Interea verbi fulcro subnixus adhærens  
Noluit ancipiti subdere colla dolo  
PEVCERVS, primum sophiæ jubar atq; corona  
Interpres tacitam dædalus Vranus.  
Obtinuit tamen, & palmam sibi sumfit adortus  
Donec ei vitæ linea summa fuit.  
Nunc igitur tecum suavissime Christe triumphat,  
Virtutes reliquas conscia fama canit.

Ioan. Forster Med.  
Cöthen.

Ergone



Ergone lativagas multum celebrate per oras,  
PEVCERE, Aonij gloria prima chori:  
Quo neq; Apollineæ quisquã sapientior artis,  
Nec medicæ major dexteritate manus.  
Ergone obis placidè tandem, melioreq; celum  
Parte tui, terras deteriore petis?

Nec vel Pæoniis Morta atra repellier herbis,  
Phœbéa aut potuit vincier artis ope?  
O fati asperitas! ô inclementia Fati!  
O quàm nulli hominum parcere, Parca, potes!  
At licet ulterius hac sit tibi luce negatum  
Corporea, Domino sic statuente, frui;  
Docta tamen toto te scripta loquentur in orbe,  
Scripta vel æternis nobilitanda cedris:  
Nec nomen poterunt Momi, neque livida tela  
Invidiæ è clara tollere luce tuum.  
Fallor; an illa olim quoque, quæ modò mascula proles  
Ex Isebergiaca prodiit orta domo,  
Te, sibi quem Neptis proavum ANNA COITHIA  
Ingenii referet fertilitate boni? fecit,  
Et magnum candore, fide, pietate PHILIPPVM,  
Cui nigra cognomen nobile terra dedit:  
Quem velut ipse atavum generoso est stemmate nactus,  
Æmulus ejusdem sic quoque laudis erit.  
Sicque suo tandem proavoque atavoq; PHILIPPO  
Omnigena vitam conferet arte novam.  
Perpetua interea tua mens in pace quiescat,  
Ossibus & mollis terra sit ista tuis.

Erasmus Hajal Chojaceasis.

**Q**uos gignat fructus fidei constantia veræ,  
Vita & mors cuius PEVCERIANA dabit.  
Arrestum

Arrestum non hanc annorum triste duorum,  
Non fregere duo carcere lustra truci.  
Carcere sed tali, quo suppeditare necesse  
Cuncta patri natos, quis aleretur, erat.  
Non vis ulla, minæ nullæ, non terror & horror  
Hanc minuit, dicto aut mors metuenda die.  
Quin stat PEVCERIANA fides, Marpesia tanquam  
Cautes, non fixo cedere prona loco.  
Immò stat, æternum ceu palma viretq; , vigetq; ;  
In summa & ramos exerit astra suos.  
Hanc est res comitata fidem, sed in axe reposita  
Immortale decus, perpetua atque salus.  
Et quia habet Pietas huius, vitæque futuræ  
Præmia, vivit humo, vivit & illa polo.  
Inter & ærumnas veluti nitet inclyta virtus;  
Gloria sic ingens crux ei acerba fuit.  
Rara valetudo antè erat, arte iuvanda medendi  
Assidua: arte carens carcere firma fuit.  
Matre una (gemino patre) ter septena sed inter  
Pignora nata, alius debilis haud magè erat.  
Septimus ultrà & ei est, quàm septuagesimus annus:  
Creditus haud septem vivere posse dies.  
Bis tamen ipse decem non tantum pignora vicit  
Vivendo: at sera posteritate viger.  
Quinquaginta octo natusq; , nepos, proneposq; ,  
Nam serie huic longa connumeratus erat.  
Nec caput, aut barbam cani infecere, solutus  
Mirificè cæco carcere quando fuit:  
Inciperet bis sex lustris licet ipse secundum  
Annum grandævus supposuisse senex.  
Hoc nonne est teneris iterum iuvenescere ab annis,  
Ceu volucris, superi fida ministra Iovis?

B

Huic

— Huic spacio molles adjecerat octo bis annos,  
 Aëris ut vitam liberioris agit.  
 Tandem in complexu, gemitu, lacrymisque suorum,  
 Et desiderio, sidera lætus adit:  
 Externisque bonis, summo & cumulatus honore:  
 Et Charitum gratus Pieridumque choro.  
 Bis duo lustra, duosque annos Socer astra petivit  
 Ante, nigri à dictus fertilitate soli.  
 I nunc, & studium pietatis amica futuræ &  
 Præsentis vitæ præmia habere, nega.

Iohannes Siderus.



**D**imidium, PEVCERE, tui mors atra reli-  
 Ingenii nobis vim bona scripta tui. (quit  
 Divinum Chronicon cum divinante libello  
 Mentem depingunt, ingeniumque tuum.  
 Te docti coluere Itali, coluere Britanni,  
 Te Galli, extremi te coluere Scoti,  
 Te præceptorem quondam Germania fassa est,  
 Doctorem agnovit Leucoris atque vetus.  
 Unica vipereæ soboles Flacobrentia gentis  
 Effudere in te dira venena labris.  
 Pro meritis, summaque fide, summoque labore,  
 Gratia ab ingratis parva relata tibi est.  
 Quod non in Socero potuit tentare PHILIPPO,  
 In charo effecit Livor edax Genero.

Multos

Multos in cathedra docuit, sed carcere plures  
 PEVCERVS, firmans religionis opus.  
 Doctrinam Soceri adiunxit confessus & ultrò  
 Principibus coram dixit & intrepidè.  
 Hanc ob multa tulit, certò quòd noverat esse  
 Doctrinam Soceri dogmata sacra Dei.  
 Vt CHRISTO vixit, sic fata novissima clausit  
 In CHRISTO, cuius pectore totus erat.  
 Ultima vox morientis erat: Nunc SVSCIPE Iesu  
 Spiritum: & in Domino mox obiit placidè.  
 Quod superest parva requiescat corpus in urna,  
 Donec iungantur corpora Spiritibus.  
 Interea, PEVCERE, tui vivemus amantes,  
 Vsuris scriptis non sine fruge tuis.  
 Dum rapidus circum terram volvetur Olympus,  
 PEVCERI nomen posteris in ore ferent.  
 Ingratos cuculos ventura redarguet ætas,  
 Quæ faciet rectum iudiciumque bonum.  
 At tu Mortalis, qui nescis funeris horam,  
 Ac quæris, qua sit mors aditura via:  
 Disce exemplo hujus vitam finire precando,  
 In CHRISTO vives sic moriture tuo.

Ioannes Sagittarius Med. D. & Professor  
 Physices profocero suo charissimo  
 gratæ ac piæ recordationis  
 ergò scripsit.




St equidem nostri qui curam suscipit, unus,  
 Per media ast curat nos sua certa, Deus.  
 Optima sed media hæc qui nos genuère, pa-  
 rentes,  
 Qui nos à teneris fervido amore fovent.

B 2

Heu

Heu mihi quàm dudum orbavit mors fæva parente,  
 Sævior hac & jam mors fera tollit Avum.  
 Quis jam quis tali me complectetur amore?  
 Quis musis nostris subsidio veniet?  
 Hoc unum me consolatur, utrumq; parentem  
 Ex scriptis, notum, quàm patet orbis iter.  
 Hoc me solatur, Musis & sanguine claros,  
 Complexos avidè patria scripta viros.  
 Hos iam cura coquit circum præcordia: tanto  
 Se custode orbos fontis Apollinei.  
 Hi quoq; qua poterunt, & me musasq; fovebunt,  
 Horum conatus provehet aura meos.  
 Salve Ave vir divine, iterumq; vale omne per ævum,  
 Et curis sine tu pace quiesce bona.  
 Dum iustus iudex veniens de culmine cœli,  
 Ad vitæ æternæ gaudia vera vocet.  
 Interea nomenq; tuum laudesq; manebunt,  
 In scriptis vives & sine fine tuis.

Ioachimus Peucerus Nepest.



 Ivere quisq; hominum satagit: sed vivere  
 quid sit,  
 Nemo nisi prudens quisq; bilance librat.  
 Nascimur, & natos variis fortuna procellis  
 Excipit: hoc est quod foemina virq; petit.  
 Lætus at is vivit, cui fas est dicere, vixi:  
 Rideat aut rigeat nube fugace polus.  
 Laudat sortem habilem: sed, si quatit improba pennas  
 Instabiles, reddit spontè, quod illa dedit.  
 Involvitq; sua sese virtute, probasq;  
 Securus Musas & sine dote colit.

His

His veram acquirere vitam famamq; perennem :  
 His tandem recta tendit ad astra via.  
 Tu quoque, Tu terræ lumen, PEVCERE, patentis,  
 Vixisti vitam non sine laude tuam.  
 Casibus innumeris perculso, dulcis ad unam  
 Virtutem patuit Pieridesq; via.  
 His ita vis victa est, his fama inclaruit, ut te  
 Exemptum peteret Musa vel ipsa nece.  
 Sed quid vota valent? non est superabile fatum:  
 Vicit vi fortem mors malefida virum.  
 Hoc luget Gallus sollers, hoc doctus Iberus:  
 Hoc Italæ Musæ, Teutoniæque gemunt.  
 Verùm non totus letho, vir clare, peristi:  
 Dii æternabunt nomina clara libri.  
 Hos non imber edax, non turbidus auferet Auster:  
 Florenti cresces laude subinde recens.  
 Æternùm salve, vir magne: tua ossa quiescant  
 In tumulo. in cœlo Mens pia semper ovet:  
 Dum veniat lux grata piis, quæ jungat utrumq;  
 Et meritis capias digna brabæa tuis.

M. Andreas VVolfius Budissinus, Scho-  
 la patriæ Prorektor.

---


 V pede quicumq; hæc contingis saxa sepulcri  
 Siste gradus, hospes, paucaq; verba lege.  
 Casparis hic tumulus Peuceri contegit ossa,  
 Qui laude implevit Solis utramque domū.  
 Namq; pares illi hoc paucos inveneris ævo,  
 Pectoris egregiis ingeniiq;e bonis.  
 Sed pietatis erat longè laus maior in ipso,  
 Spectatusq;e malis religionis amor.

B 3

Carcere

Carcere quem voluit Deus explorare bilustri,  
Auri ceu massam septima flamma probat.  
Hæc volui te scire mea nunc voce, Viator:  
Mollia tu cineri fata precatus, abi.

Caspar Sigismundus Bersmanus  
anadocho suo tanquam alteri pa-  
renti moerens. F.

---

*SINGVLARIS EXEMPLI*

*Viro Clariss. D. Casparo Peucero*

*S. D.*

NATHAN CHYTRÆVS.

**PR** Ecce animo magno spernis mendacia, Caspar,  
Probraq; quis Socerum, quis te nova Leuco-  
ris illa

Exagitat, vobis sine quæ deserta fuisset.

Est maior, quàm cui possint hæc probra nocere.

Maximus ille socer: Philomelæ carmina sacra  
Ortalis haud poterit garritu abolere pudendo.

Est maior, Peucere gener, tua fama decusq;:

Amplior est meritorum etiam laus vera tuorum:

Istis Pseudepies probris, Sātanzæq; maligni

Follibus obtundi ut possint, aut torribus uri.

Vt flagrans clarus celsis in montibus ignis

Nocte latere nequit: magnive ut lumina Solis

Pulveris exigui, aut iactu flaventis arenæ

Non obscurantur; mage sed rutilantia fulgent:

Sic vestra integritas, virtusq;, & gloria vera

Sordibus ex istis vel purior effulgescet,

Splen-



Splendidiorq; ista probrorum ex fæce redibit.  
Cumq; habeant valdè angustas opprobria metas,  
Nec manifesta diu Satanæ mendacia durent:  
Nulla dies unquam memori vestram eximet ævo  
Doctrinam, famamq; bonam, laudesq; perennes.

Pridiè ante obitum scribebat, placidissima  
dein morte evocatus ex hac vita mortali  
Bremæ, Die 27. Februarij: Anno Christi  
M. D. XCVIII.

F I N I S.



Zed 2390

OK

ULB Halle 3  
 001 512 331



8

M. D. XCIII.  
 Bremae, Die 27. Februaris: Anno Christi  
 dem 27. Febr. 1803. Ex officio  
 Fidei


F I N I S



WDA

11







VIRI  
prasantiss.  
orthodox  
erudit

Dn. C  
CERIB  
PHIAE A  
CTORI  
TRIE  
N

Quem ex oculi  
multiplices vitæ h  
decem ærumna  
eripuit plac  
die X

Carmina e  
genero, e  
lor

Typis Iol

VE  
tholica  
ina

EV  
OSO.  
DO.  
IA-

, post  
norum  
mors  
l.

ro-

